

VICTORINVS SCHONFELDER PROFFSSOR MAR-
purgensis.



Victorinus natus est anno millesimo quingen-
tesimo uicesimo quinto. Is cum præclara in-
dole præditus esset, bonis literis operā dedit, & a-
deò in liberalibus artibus profecit, ut Marpurgi
Magisterij laurea omniū cōsensu coronaretur. Inde
Mathematico studio incubuit, atq; Medicam artē
felici successu cōiunxit. Nam in utracq; scientia eam
eruditionem nactus, ut etiam uiris doctissimis con-
numerati queat. Itaq; cum Mathematum professio
in ea academia uacaret, eius loci proceres eam Vi-
ctorino commendarūt. quem etiam ille magna lau-
de suscepit, & per multos annos cōtinuauit. pari ra-
tione et Medicinam exercuit, & suis uirtutibus esse
cit, ut omnibus pījs & doctis passim innotesceret. Is etiamnum anno salūtis
1565 Marpurgi existens eam scholam sua præsentia pluriwūm auget &
exornat. Anonym.